



Σὺν τῷ Θεῷ.

DEUM ter Optimum terque Maxi-
 mum ab incunabulis meis, temporisq; pro-
 gressu indigno mihi pulvisculo ex limo ter-
 ræ confecto, non potentiâ tantum, præ-
 sentiâ & essentiâ, sed gratiâ etiamnum suâ
 præsentissimum verbis laudarem exquisi-
 tissimis, ni ingenii tenuitas me silentio contineret, tempo-
 risque ratio ni aliud svaderet. Attamen ne planè ingratus
 videar, & cum trunco taceam, de hâc uberrimâ, præ aliis
 magnæstimandâ, quanquam vexatissimâ, materiâ, nempe
 omnipræsentiâ DEI unum vel alterum ζητούμενον hanc in char-
 tam sum conjecturus, a fertique mei rationes pro virili ad-
 ducturus. Hæc autem Dissertatiuncula tribus includetur
 cellulis, in quarum prima DEUS cuius per lumen naturæ,
 ut ens reale & positivum, ante oculos ponitur, In alterâ deni-
 que DEUS omnipræsens, ubique totus, totus in qualibet
 parte, & tamen nullo loco præsens invenitur. In ultimâ tan-
 dem agetur de eò, an DEUS sit ultra mundum & in spatiis
 imaginariis præsens? Tu igitur Summe & omnipræsentsi-
 me Domine, adesto gratiâ, ut hæc literulæ tuis congruant li-
 teris, in tuamque cedant laudem, honorem & gloriam sem-
 piternam, Amen.

Ad Zoilum invidum.

Martial. Epigram. lib. 4. Epi. 77.

*Nunquam divitias Deos rogavi
 Contentus modicis, meoq; locus,*

A 2

Pau-